



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 19. Quod discrimen sit accusationis & maledictionis, è Demosthene & Cicerone.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Marchum, & sex thesmothesas, cum magistratum in-
 erent, publice iurare solitos, & obseruatu-
 ros esse leges, neque passuros fidem suam donis muneribusve cor-
 rumpti: si quis ipsorum secus fecisset, eum multa nomine auream statuam suam pensurum esse. Eius rei auctor est Iulius Pollux libro Onomastici ad Commodum Caesarem octauo. Cypselidarum autem anathema, de quo non ita multo post ea, quae posui, verba apud Platonem mentio est, quodnam fuerit, copiose Pausanias in Eliacis docet.

Quod discrimen sit accusationis & maledictionis, e Demosthene & Cicero.

CAPVT XIX.

TRADITVM est accuratè & diligenter à M. Tullio in Cœliana defensione, quid inter accusationem ac maledictionem interesset. olim autem Demosthenes etiam ista distinxerat: vt quamuis non planè idem ab utroque dicitur; dubium tamen non habeam, quin Cicero in ea re tractanda summi Graeci oratoris vestigia sit persecutus. Vtrumque igitur locum meo more describam, vt comparentur. Demosthenes *περὶ στρατῶν. Καί τοι καὶ τὸτο ὁ ἄνδρες ἀδελφαί, ἐγὼ λυδοέων κατηρέας τὰτα διαφέρειν ἠγάμαι, τὸ δὲ μὲν κατηρέας ἀδικημάτων ἔχειν, ὅν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ πιωείαι. τὸ δὲ λυδοέων ελασσημίας, αἷς καὶ τὸ ἀπὸν οὖσον τοῖς ἐχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβάνοι λέγειν.* Cicero pro Cœlio: *Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat: rem vt desinat: nomine vt notet: argumento probet: teste confirmet. maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam: quae, si petulantius iaciatur, (ita enim legendum est: non, vt vulgo, iactatur.) conuicium: si factius, vrbantitas nominatur.*

De vi

at. Mureti
 ia Lektionen
 LIN
 25